

Augustin Balthasar von

Programma Qvo Augustinus De Balthasar J. U. D. Et Prof. Ordin. Fac. Jurid. Senior ... Ad ... Domini Philipp Ehrenfried Gerdes S. R. Tribun. Wismar. Advocati Ordinarii, Disputationem Inauguralem, De Juribus Viduarum Nobilium In Feudis Pomeraniæ Citerioris; D. II. Augusti MDCCLI. B. C. D. Habendam ... Invitat : Simulqve In Recensendis Vitis JCtorum Gryphiswaldensium Pergit

[Greifswald]: Imprimebat Hieronymus Iohannes Struck, [1751?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87734907X>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (137.)

1. Handwritten des jüdischen Cammergerichts, der unter dem Namen Colletorum historiae et juris patrii vellicae recensenda Gabriel Spelt. griff.
2. Handwritten des Königs von Spanien Gabriel Spelt, unter dem Namen Collectorum historiae et juris patrii. Griff.
3. Frida, gestalt bey der Abschied des Grafen von Puthen, nun Balthasar.
4. Die Mittel u. Urprung der Balthasar im der Archidamia so min vungtin die die Balthasar der Balthasar unterstand. nun Balthasar.
5. Handwritten die in der Dignitäten und andern nichten Balthasar, welche zu Griffen der Archidamia gestalt.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mystias
8. Balthasar, program ad Haffelberg disputat: de contractibus et act. honesti fidei et Ho. juris.
9. Balthasar progr. ad Stammann disput. de praerogativa juris germanici praesure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia asseruatiōis in contractu locatiōis cond. solute, eiusque in Concursu Crediti iure.
11. Balthasar progr. ad Dyen diss. de usufructu paterno in Judio famili-
orum Familias.
12. Balthasar progr. ad Rudol. diss. de indole genuinae simultaneae
I. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de iure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de iure peregrinorum singu-
lari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Joen diss. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matriculis ecclesi-
asticis et c.

17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de iure usus in censuris
su creditorum 7. liberens. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltenii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Meyeri, de remissione in mercedis
in locatione praediorum rusticorum abingens damnum ex
huc pecuniarum conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. ~~Philippi~~ Schuffelii, de successione
ab intest. ex par. liberens.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine fluminum
in genere, praecipue ablatum in pomerania horumque in
Dale.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Weyphul et Balthasar de serenissimorum ducum pomeraniae
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem dei spi-
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar, de voluntate aut Angelorum sanctitatem.
26. Balthasar, de justificatione non physica sed poenali ad
dictum functionis christi pie celebrandum.
27. Balthasar de chetificatione spiritali.
28. Balthasar de diebus gentium tutelariibus ex antiquitate quae-
dam.
29. Balthasar en, et quatenus illud restauratae humanae
salutis medium ratione investigari possit.
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.
32. Balthasar, progr. ad Christum archangelis in creati
michaelis.

PROGRAMMA

QVO

AUGUSTINUS DE BALTHASAR

J. U. D. ET PROF. ORDIN. FAC. JURID. SENIOR ET H. T. DECANUS,
REGII CONSISTORII ET R. SOCIET. TEUT. GRYPH. DIRECTOR;

AD,

PRÆNOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

PHILIPP EHRENFRIED
GERDES

S. R. TRIBUN. WISMAR. ADVOCATI ORDINARII,
DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

DE JURIBUS VIDUARUM NOBILIUM
IN FEUDIS POMERANÆ CITERIORIS;

D. II. AUGUSTI MDCCLI.

B. C. D. HABENDAM;

MAGNIFICUM DN. RECTOREM,
GENEROS. REGII DICASTERII DN. DIRECTOREM,
ET UTRIUSQVE ILLUSTRIS COLLEGII

NEC NON

AMPLISSIMI COLLEGII SENATUS PROCERES
ET VENER. MINISTERII ANTISTITES,
ILLUSTREM, GENEROSAMQVE CIVIUM ACADEMICORUM
COHORTEM,

EA, QVA DECET HUMANITATE, INVITAT;

SIMULQVE

IN RECENSENDIS

VITIS FACTORUM GRYPHISWALDENSIUM
PERGIT.

IMPRIMEBATHIERONYMUS IOHANNES STRUCK.



PROGRAMMA
AUGUSTINUS DE BALTHASAR
AD
PRAEBOLESSIMI ATOVE DOCTISSIMI

DOMINI
PHILIPP EHRENFRIED
GERDES

DE JURIBUS VIDUARUM - NOBILITUM
IN FEUDIS POMERANAE CITERIORIS
D. N. AUGUSTI MDCCCLXXII

MAGNIFICUM DN. RECTOREM
GENEROS. REGNDICASTERII DN. DIRECTOREM
ET UTRIUSQUE ILLUSTRIS COLLEGI

AMPLISSIMI COLLEGI SENATUS PROCERES
ET VENER. MINISTERII ANTIQVITATIS
ILLUSTREM GENEROSAMQUE CIVIVM ACADEMICORVM
COHORTEM

IN RECESSENDIS
ACTORVM GRYPHISWALDENSIUM
PERGIT.

IMPRIMEBAT HIERONYMUS IOHANNES STROCK



leganter & vere locutus est eloquentiæ Romanæ Princeps, M. T. CICERO in L. I. de Officiis Cap. 32. *Quorum Patres aut Majores aliqua gloria præstiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis student excellere. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam.* Et sane anceps hæreo, num naturali & quasi innato instinctui, num educationi potius hoc sit adscribendum, quod liberi plerumque ad id vitæ genus eligendum trahantur, isti que studiorum generi semet dicere soleant, cui pater ipsorum fuit addictus. Id, quod sua omnino constat ratione ac utilitate. Dum liberi non tantum a parentibus, donec in vivis sunt, omnium optime istis disciplinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, erudiri possint, sed & ipsis e vita discedentibus, suppellectile literaria paterna instructi, eo facilius in isto studiorum tramite, paternis vestigiis insistere queant.

Candidatus noster, Prænobilissimus atque Doctissimus Dn. PHILIPP EHRENFRIED GERDES, S.R. Tribunalis W. Advocatus immatricul. Digniss. hac præ multis aliis gavissus fuit felicitate, quod Patre non tantum usus fuerit, genere, pietate, ac eruditione claro, qui magnum inter JCTos Patriæ nomen obtinuit & immortalibus in universam Provinciam Pomer. & in primis Civitatem hanc *Gryph.* meritis memoriam sui ad omnem posteritatem propagavit; sed & ex materna linea, quorum præfulgent nomina inclytos producere possit JCTos; quorum omnium virtutem ac eruditionem sibi ante oculos positas habuit, ut per eorum

2 2

1133

rundem vestigia ad similem honoris virtutisque, quem ipsi obtinere, gradum adscenderet. Noluit tamen in gloria Majorum acquiescere & ab aliis splendorem mutuare; potius ipse a teneris arduum illud ac cum labore conjunctum ad virtutem directum iter ingressus est, tam pietati, quam bonis literis ita se mancipavit, ut omnium virtutum laude clarescat. Jurisprudentiæ studio dum operam navavit, tanto ardore in id incensus fuit, ut dies noctesque in illo addiscendo consumserit, tantosque in eo fecit progressus, ut certe nihil, quod nec invidia negabit, in omnis doctrinæ juris civilis ac patrii inprimis thesauris, antiquitatumque ad Jus pertinentium monumentis ita sepositum, ita reconditum, quod notitiam ejus exactam elaberetur. Loquuntur hac de re publica in lucem edita specimina, eruditionis laude spirantia.

Facultas nostra juridica, quæ non ita pridem, instituto examine, quod dicunt rigorosum, ulterius in vires ingenii ejus inquisivit, talem eundem invenit, qualem fore speraverat. Nulla itaque dubitavit eundem dignum judicare, cui aditus ad supremos in jure honores recluderentur; Quos, ne gratis, sed suo merito sibi conferri, testaretur, nisi jam in eo esset, ut novum eruditionis specimen in publicum emittat, & Dissertationem suam inauguralem de *Juribus Viduarum nobilium in Feudis Pomæranæ citerioris* satis docte elaboratam eruditorum discussioni submittat, & hoc ipso in conflictu literario publice ingenii vires ostendat. Cumque in Academiis ab antiquitate receptum sit, ut Decanus Facultatis Programma invitatorium edat, quo Vitæ curriculum ipsius CANDIDATI exponatur, ut ex eo, tanquam ex indice, tam mores quam studia ejus dijudicentur, e re esse duxi, antequam illud suppeditem, e lege semel mihi scripta, Vitas Virorum quorundam in Academia patria, Jurisprudentiæ laude olim præfulgentium & hodiernum nominis sui fama celebratissimorum, in gratiam lectoris & Dni CANDIDATI mei præmittere, nullus dubitans, quin hic inprimis in iis inveniet, quæ & ipsi in virtutis studiorumque suorum cursu calcar subdent, quo tandem ad honoris meritorumque fastigium, quod ipsi assecuti sunt, felicissime ascendat.

V
XXIII. PETRUS BOESTENBOESTEL, (*) Sundensf.

J. U. D. & Prof. Oratoriæ, (***) nec non Principi
Pom. a Consiliis.

Natus est Sundii 1572. d. 24 Aug. d. Bartholomæi Patre
CURD, five CONRADO Senatore Sundensi, (***) & Matre AN-

a 3

NA

(*) Hæc familia nobilitatis splendore eminet, & nomen habet a prædio *Bo-*
stenboestel, quod hereditario jure ad hanc familiam pertinet; unde &
de nostro in Program. emortuali dicitur, quod nomen & spem here-
ditatis paternæ habuerit. Florebit & hodiernum floret hæc familia in
terra Lunenburgensi; de qua legi meretur PFEFFINGERS *Braun-*
schweigische Historie. P. I. p. 999. Conf. UHSENS General. Adels-
Lexicon. P. I.

(**) Numerum Professorum Philosophiæ hic proprie auxit. Quemadmo-
dum & testantibus Catalogis Lectionum academicarum, per omne tem-
pus, quo hic Academiæ inservit editarum semper lectionibus philoso-
phicis operam dedit, interim tamen eundem in numerum Professorum
juris hic exhibui, potissimum ea ex ratione, quia jam a. 1604. cum
Academiæ Rector fuerit electus, in *Annal. acad. ad b. a.* se ipsum ap-
pellat: *J. U. D. & Professore* & sub Rectoratu a. 1607. in Catalogo
Professorum *Annalibus Acad. de b. a.* inserto, inter Professores juris
in ordine tertius est. Quanquam tamen in *Annal. Acad. ad an. 1609.*
inter Professores in Philosophica Facultate legentes appareat & sub
Rectoratu a. 1617. adhuc *J. U. D. & Professor Eloquentiæ* appelleretur;
Haud tamen unquam in Facultatem Philosophicam receptum fuisse
testantur Annales hujus Facultatis, addita ratione, quia non fuit
Magister Artium.

(***) Hic in Senatorem ibidem electus est a. 1582. Præter nostrum reli-
quit alium filium CONRADUM, qui itidem Sundii in ordinem Sena-
torium cooptatus fuit a. 1609. ibique obiit a. 1637. nec non duas
filias, alteram prænomine SOPHIAM, nuptam viro JOH. WINSHEI-
MIO, J. U. D. & olim potentiss. R. Daniæ Consiliario, Comitis Olden-
burg. Judici provinciali, & tandem Aulæ Wolgastanæ Consiliario, nec
non Brandenburgensi Canonico; Alteram, cui nomen ANNÆ fuit, jun-
cta conjugio Viro CHRISTIANO BUCHOWEN, Civî & Patritio
Stralsundensi primario, v. *Progr. emortuale in PETRUM nostrum de*
1624. quod autorem habet ALEX. CHRISTIANI *Log. & Metaph.*
Prof. ordin. Occurrit etiam in *Annal. nostris Academ. ad an. 1613.*
inter inscriptos quidem CONRADUS BÖSTENBÖSTEL Filius JO-
HANNIS, Stralsund. Pom.

NA BAVENMANN'S. AVO THEODORICO BOESTENBOESTEL Senatore Hamburgensi & Avia MARGARETHA HOLOGEN. Proavo CONRADO Senatore Hamburgensi & Proavia MARGARETHA HOHUSEN. V. MICH. GERSCHOVII *Catalogum Patronorum, Fundatorum item Professorum Acad. Gryph. num. 12.* Parentes ejus nil studiosius egerunt, quam ut animus filii elegantiori literarum tinctura imbueretur. In Schola itaque Sundenfi patria (*) actis studiorum fundamentis, *Witteberg.* celebr. bonar. artium officinam adiit & postquam ib. provida amicor. inspectione & institutione magni illius VITI OSTELII WINSHEMII J. U. D. & Prof. nec non Decani Hamburg, & celebris illius Philologi & Jcti TILEMANNI inter ceteras bene multas usus fuerit, jussu amicorum alias summo cum fructu adiit Academias, *Marpurgensem* nempe, *Coloniensem* & *Heidelbergensem* ubi a. 1596. 24 ætatis anno gradum Doctoris Decano & Præfide PHIL. HOFFMANNO J. U. D. & Prof. ejusd. Acad. ordin. summa cum laude reportavit. Abhinc *Spiram*, tunc justitiæ Germanicæ quasi Areopagum se contulit, tandem Sundium rediit atque a. 1597. ex Consilio Parentum de matrimonio ineundo sollicitus fuit; sibi que a 1598. circa festum trium Regum hoc fœdere junxit ANNAM HUSEN, FELICIS HUSEN, Quæstoris provincialis *Land Rents Meisters*, & Principum Consiliarii filiam. (**)

Ao. 1600. in numerum Professorum fuit receptus eique ab illustriff. Principe Oratoria Professio fuit demandata. A. 1604. d. 6. Oct. electus & d. 25. ejusdem publice declaratus fuit Rector

(*) In all. *Progr. funebri* de hac schola prædicatur, quod tum temporis ut inter stellas sol emicuerit in Europa, GERTSCHOVII potissimum doctrina conspicua & autoritate gravi, cujus, o quam læpe, eximiam deprædicaverit diligentiam, defunctus.

(**) Quam ex prima Conjuge ANNA RUSTEN, JOACHIMI RUSTEN, Consulis Anclamenfis & ANNÆ FLUNDERN filia susceperat. v. *Progr. emortuale* P. BOSTENBOSTELII; Quanquam GERSCHOV. *c.l.* patrem ejus non JOACHIMUM sed ERASMUM appellet. Extat *oda alicæ bonori harum nuptiarum scripta* a MATTH. HUBNERO J. U. D. Anclami d. 28 Dec. & impressa Gryphiswald. e. a. dimidium unius pagellæ in 4to explens.

etor Academiae. v. *Annal. Acad. ad h. a.* Cumque a. 1611. d. 29 May morte ipsi abrepta fuerit Coniux quæ in ipso partu oculos clauderat (*) elapso biennio a. 1613. m. Febr. ad secunda conuolavit vota nuptialia cum virgine ANNA OESTENIA, filia JOH. OESTENII J. U. D. (**) A. 1615. d. 7 Oct. denuo in Rectorem fuit electus & 2 Nov. solenni ritu in hoc officium introductus fuit, testantibus *Annal. acad. ad h. a.* Diem tandem obiit supremum 16 Martii 1624. æt. a. 52. v. GERSCHOV. c. l.

Programma emortuale in obitum ejus conscripsit ALEXANDER CHRISTIANI Prof. Log. & Metaphys. t. t. Rector Acad. quod d. 12. Martii publicatum & in forma patente typis impressum extat; quo eum prædicat Virum in licentia coercenda severum, in consiliis providum & facilem, in libertate asserenda gravem, in augendis rebus Academicis industrium, & sicuti in hominem cadit maxime laboriosum, ita quidem, ut nihil susciperet, nisi cujus exitum sciret, etiamsi obtinere non posset, quæ erant consilii.

Liberos ex priori Coniuge ANNA HUSEN suscepit 1. filiam ANNAM nuptam PETRO CORSCHWANTZ, Juris Studiofo & Patrio Gryphiswald. primario (***) 2. filium CONRADUM, Possessorem prædii Parowiensis. 3. Filium FELICEM. 4. Filiam MARGARETHAM vix infantie annis superatis a. 1610. d. 19 Jun. mortuam. 5. Filium PETRUM & 6. alium nomine THEODORICUM natum 1611. d. 5 May; cujus in partu succubuit mater & ipse eandem in aliam vitam secutus a. 1615. d. 8 Jan. Vid. *Progr. emort.* BARTH. BATTI *in illius obitum de h. a. d. 10 Jan. in form. pat. impressum.* Ex posteriori ANNA OESTENIA 1. Filiam GERTRUDEM nat. 1614. d. 16 Oct. & paulo post d. 4 Nov. ej. a. denatam. Vid. *Progr.* BARTH. BATTI *in illius obitum de h. a. d. 6 Nov.*

(*) Vid. *Progr.* JOACH. STEPHANI *in obitum ejus conscriptum de h. a. d. 2 Jun.* quod in forma patente impressum extat.

(**) Extat *Carmen Gratulatorium latinum* CHRISTOPHORI RICCIJ Pom. Jur. Stud. impress. Gryph. 1612. forma pat.

(***) Extant Carmina Amicorum gratulatoria in nuptias 5. Idus sept. celebrandas, Impressa Gryph. in 4.

6 Nov. in fol. unius pag. typis publicis excusum. 2. Filium GE-
 ORGIUM, qui anno circiter 1637. sub Præsilio D. MEVII defen-
 dit *Disquisit. XV. in Taciti Annales.* 3. Filiam MARIAM nat.
 a. 1619. d. Johannis. Primum a. 1639. JOACHIMO ERICHIO, J.
 U. D. & Proavo meo materno & hoc defuncto secunda vice a.
 1658. d. 3 Febr. nuptam CASPARO HOGERO, J. U. D. & Consuli,
 denatam tandem 1669. d. 25 Jun. Vid. concionem funebrem,
 habitam a MATTH. TABBERTO, Prof. Theol. & Pastore Eccles.
 St. Mariæ typis impressam, in 4. cui adjecta sunt Personalialia, seu
 Vitæ curriculum.

JOH. HEUNIUS in prosopographia metrica, eundem inter
 Professores Philosophiæ, & quidem ad an. 1602. ejus receptio-
 nem in numerum Professorum retulit, ubi sequenti carmine
 ejus merita deprædicat:

*Doribus in genii fulgebas, Eunomieque
 Cultu, monstrando, quid queat eloquium.*

S C R I P T A,

quantum mihi innotuit non reliquit ad minimum nulla huc us-
 que se mihi dederunt obvia, præterquam

- 1 Progr. ad celebrandum Festum nativ. Chr. a. 1604. in form. pat.
- 2 - in Festum Paschatos 1605. in f. pat.
- 3 - in Fest. Pentecostes 1605. in f. pat.
- 4 - in Fest. St. Michaelis a. 1605. in f. pat.
- 5 - in Fest. Nativitatis Christi 1615. in f. pat.
- 6 - in Fest. Pentecostes 1616. in f. pat.
- 7 - in Fest. Michaelis e. a. in f. pat.

XXIV. FRIDERICUS GERSON s. GERSCHOVIUS. (*)

Sedinens.

J. U. D. & Prof. Acad. Synd. & Consiliarius Principis,
 nec non Judicii ecclesiastici Duc. Director.

Pater

(*) Hæc Familia olim longe lateque se disparfit, multosque produxit viros,
 meritorum gloria celebratissimos. Cujus nexum genealogicum sequenti
 schemate subjiciemus; Ultimus stipes quem rerum monumenta præ-
 dunt fuit.

Pater ejus fuit TIMOTHEUS GARTZKE, Sundenf. Confiliarius aulicus & Mater REGINA SMITMES; a quibus parentibus natus

LAURENTIUS Senator Daberensis, S. Taborensis Germ. Dabern Civitatis Cassubie in Pomer. Cujus Uxor fuit ANNA LAFFRENTZEN. Hujus liberi fuere:

I. MICHAEL Civis & Mercator Amstelod. Cujus Uxor ALKE BERNARDINA, BERNHARDI BERNARDINI, Civis Amstelodam. filia. Liberi fuere

a) LAURENTIUS, Amstelodamensis. Pastor Eccles. Stolpensis & Medoviensis per 40 ann. intervallum fidelissimus. Ex Coniuge sua MARIA GERMANNIS, filia JOHANNIS, Civis Treptov. suscepit liberos:

c. JACOBUM, natum Anclam. 1587, qui a 1617. Scholæ Senat. Gryph. fuit Conrector, a. 1620 Prof. Poet. & Linguarient. a. 1621. matrimonio sibi junxit ELSAM BOSSELMANNAM, HENRICI, Civis Gryphisw. filiam, Prostant *Carmina gratulatoria nuptialia b. a.* impressa in fol. I. plag. cui adjectæ *Genealogia Gerschoviana ac Bosselmaniana*, a. 1635. in Academiam Franekerensem profectus, ibique gradum Doctoris in Uroque Jure assumpsit, tandemque obiit senex A. 1655 Cum uxore duos suscepit liberos.

2. LAURENTIUM, nat. Medovii 1593. d. II Junii. Patris ad annos 29 in eadem Parochia fuit successor. Denat. 1654. d. 16 Mart. Liberi ejus fuerunt

a. MARIA, nata 1630. d. 14 Mart. nupta Doct. JOSUÆ GRISCHOW.

b. GERSON, Patris in officio successor; v. Conc. funebr.

c. LAURENTIUS,

d. HENRICUS.

e. JACOBUS.

f. MICHAEL Medoviensis; qui compilavit Catalogum Patronorum Cancell. Procancell. Rector & Profess. Acad. Gryphisw. in 4.

3. TIMOTHEUM, nat. Medoviae a. 1597. d. 3 Mart. Pastor fuit Castrensis & obiit d. 11 Dec. 1645. Uxor ejus 1) fuit *Elisab. Kegebeins*, 2) *Agnesa Birckhann*. Cujus vitam descripsit JOH. HEUNIUS in spec. Programmate funebri & CHR. PYL in *Memorabil. Pomer. circa natalitia Domini p. 42 n. d.* Reliquit liberos sqq.

a. GEORGIUM,

b. TIMOTHEUM,

natus fuit Sedini a. 1569. m. April. Vid. M. GERSCHOVIO *Catal. Patron. Cancellar. Procancel. Rectorum & Profess. Acad. Gryph.*

- c. MICHAELEM FRIDERICUM.
 d. LAURENTIUM.
 e. HENRICUM.
 f. JOHANNEM.
4. FRIDERICUM. Vice Tribunus Militaris.
 5. MICHAELEM. Vice Tribunus Militaris
 6. EVAM. Nupta *Jacobo Christiano* Pastori Ecclesiae Sagendorff. Torgendorff.
 7. MARIAM. Nupta *Valent. Dumrat.* Pastori Eceles. Ivenfis. Ex-
 tant Carmina gratulat. in nuptias hasce de a. 1622. in fol.
 1. plag. quibus adjecta *Genealogia Familiarum Dumradianae & Gerschovianae.*
 b. PETRUS. Civis Region. Cujus uxor
 1) *Margaretha Hafinges.* 2) *Barbara.*
 c. ANNA. Nupta *Henrico Janse S. Janus.* Stavera Frisio. Civi
 Amstelodam.
- II. ANTONIUS, cujus uxor *Agnisa a Steinwehr.* Liberi ejus erant:
 a. TIMOTHEUS Consiliar. aulic. Uxor ejusd. REGINA SMITMERS
 & liberi:
 1. FRIDERICUS, qui est noster cujus vitam hic describimus.
 Uxorem habuit MARG. CLIMORIAM, BALTHASARIS
 Senat. Sund. & ANNÆ SONNENBERGS filiam CASPARI
 CLIMORII & CATHAR. PREUSSEN neprem. v. M.
 GERSCHOV. c. 1.
 2. CHRISTOPHORUS. Med. Doctor.
 3. BARBARA. Nupta Doctori FROELICH FRITZEN ex
 matrimonio susceptus est filius, ejusdem cum patre
 nominis.
 b. CATHARINA. Nupta JAC. RUNGIO Stargard, primum Philo-
 sophiae deinde Theol. Professore & tandem Gener. Superint.
 cum quo 40 an. & 8 menses suavissime vixit, tandem a. 1591.
 d. 28 April morte abrepta. v. *Annal. Acad. L. II. f. 311.*
- III. DYONISIUS, qui nomen gentilicium varie immutavit, dum mox
 CASSIUS, mox GASSIUS, mox GERSON & alibi GERSOW
 rectius vero GERSCHOW appellatur. v. *Libr. Decanatus Fac. Phil.*
f. 109. p. 2. ut JAC. GERSCHOVIUS notavit in margine ad
Libr. Annal. Acad. f. 148. Prof. publ. Philos. in Acad. Gryph.
 acceptus a. 1541. d. 22 Junii & gratis inscriptus. Praeceptor fuit
 VAL. EIKSTAEDT Nob. Pomer. a Clempenow. v. *Annal. Acad.*

Gryph. num. 55. Primum a parentibus suis institutioni Præceptorum scholæ publicæ traditus deinde Acad. Wittebergensem ac Lipsiensem frequentavit; Domum redux Moderator studiorum Ducis PHILIPPI JULII constitutus, cui etiam in itinere a. 1602. suscepti comes fuit. (*) Confecto an. 1603. itineris cursu, in compensationem fidei curæque Principi suo in itinere præstitæ, mox in Consiliarium aulicum ab eo cooptatus, & sequenti anno 1604. ipsi Professio juris extraordinaria demandata fuit, & die
b 2 28 Mart.

L. II. f. 146. HEUNIUS in sua PROSOPOGRAPHIA eum refert inter Professores Theologiæ & ad an. 1542. quo fuerit receptus. Sed eundem unquam Theologiæ Professore fuisse in Annalibus Acad. nullibi inveni. Ao. 1544. promovit in Mag. artium, qui actus promotionis primus fuit post Reformationem. Ao. 1554. jam deprehenditur inter Præpositos Wolgastanos & a. 1558. d. 2 May promovit in Doct. Theologiæ. Cui actui ipse Sereniss. Princeps PHILIPPUS, una cum filiis suis interfuit. v. *Annal. Acad. ad b. a. L. II. f. 202.* Ao. 1560. ipsi a filiis Ducis PHILIPPI. ob bene merita sua legatum annum 500 Floren. ad dies vitæ donatum. Obiit tandem a. 1572. d. 28 Jul. Cf. CRAMER *Kirch. Chron. L. III. C. 57. 62. 66.* Dn. J. H. de BAL- THASAR 1 *Saml. zur P. & S. p. 103.* 2 *Saml. p. 349. & 390.*

IV. JACOBUS, Pastor Benzenfis; cujus uxor 1. *Elisa Polentzen.* 2. *Elisa Berchusen S. Bachansen.* 3. *Walpurg Jastres S. Justers.*

V. GERTRUD, cujus maritus PET. MULLER Pastor Eccles. Crammin. Floruere quoque, circa a. 1569. TIMOTHEUS, & circa an. 1622. ANDR. GERSCHOW Senatores Sedinenses, ut apparet ex FRIDEBORNII *Catalogo Consulum ac Senator. hujus Civitatis, EJUSD. Descriptioni urbis Sedinensis adjecto.*

(*) Ipse compilavit Diarium itineris Ducis PHILIPPI, quod in Msçpto adhuc circumfertur, cujus extractum Celeb. SCHOTGENIUS quondam communicavit b. nostro WESTPHALIO, qui excerpta quædam ejusdem exhibet in Disp. sua de Sereniss. *Ducum Pomer. Meritis in remiter. §. 22.* Integrum illud possidet Dn. DAV. RICHTER, Gymnasii Gultrov. Rector, vir eruditionis laude clariss. & de Republ. literaria meritiss. qui nuper notabiliores passus ejusdem typis publicis excudi curavit & succincta paraphrasi illustravit; sub Tit. PHILIPPI JULII. *D. Stetin. Pom. etc. glor. mem. Diarium itineris per Germaniam, Angliam atque Italiam a. 1601. usque 1603. suscepti, quod ex Msçpto recensitum variis observationibus historicis prima vice illustravit M. DAV. RICHTER Gymnasii Gultrov. Rect. 1751. in 4. 3 plag.*

28 Mart. ej. a. in Collegium Professorum fuit receptus. v. *Annal. acad. sub Rect. BALTH. RHAW ad h. a. L. III. p. 24.* Cumque Princeps PHIL. JUL. d. 8 Jul. e. a. novam nuptam Berlino Wolgastum deduxerat, Universitas cum munere chartaceo eo ablegabat Rectorem AUGUSTINUM RHAW & nostrum GERSONEM. v. *Annal. acad. c. l.*

Anno 1606. postquam d. 30 Jan. sub Præsidio PETRI FROBOESII inauguralem Disp. de *Mora* publice defenderit: mox d. 4 Febr. solenni actu titulus Doctoris in utroque jure ipsi a dicto Decano collatus est. v. *Annal. acad. ad h. a. L. III. f. 34.* & *Programmata invitatoria* P. FROBOESII tanquam Decani, quorum alterum d. 7 Cal. Febr. alterum postridie Cal. Febr. h. a. in forma pat. impressum.

Ao. 1612. cum aliis Collegis missus fuit Wolgastum, Statibus provincialibus libellum supplicem, ut Academiæ salutem sibi curæ cordique haberent, offerendi causa. At, parum, vel nihil, impetratum. v. *Annal. acad. ad h. a. f. 62.*

A. 1617. Rector Academiæ creatus fuit. v. *Annal. acad. ad h. a. it. MICH. GERSCHOV. c. l.* Sequenti anno d. 27 Julii ut Rector, Landgravium Hassiæ, MAURITIUM, cum conjugē & liberis huc advenientem & illustr. Principe nostro Pom. atque Ducissa comitatum, latino sermone excepit; qui plene insertus extat in *Libro Annal. univers. ad h. a. L. III. f. 93.* Altero die illustriss. hospes visitavit Rectorem, eique scyphum inauratum obtulit. Eodemque anno d. 17 Nov. in solenni promotione Medica vices Cancellarii sustinuit. v. *Annal. acad. ad h. a. p. 95.* Nec non a. 1620. in Promotione magisteriali. v. *Annal. c. l. L. III. f. 101.* Ao. 1621. d. 7 Nov. ut Brabeuta in Facult. jurid. M. LAURENTIO LUDENIO summos in jure honoris gradus contulit. v. *Annal. acad. ad h. a.* Ao. 1625. iterum in promotione magisteriali Vices Cancellarii sustinuit. v. *Annal. ad h. a.* & eodem adhuc anno in sua Facultate duas habuit promotiones Doctorales, & a. 1628. in Promotione Doctorali in Fac. jurid. Cancellarii locum occupavit, & e. a. d. 18 Oct. altera vice

vice in Rectorem Acad. fuit electus & 3 Dec. introductus est.
v. *Annal. acad. ad h. a.* (*)

Incidit in hoc tempus conclamatum illud bellum tricennale, quod, ut universæ Provinciæ sic & Academia nostræ, valde funestum fuit. Calamitati isti semet subducendi causa noster GERSCHOVIUS a. 1630. d. 25 Jul. hinc, omnibus fere Dnis Professoribus infcisi, ibat Stralsundiam. Cujus discessus, ut *Annal. acad. ad h. a.* referunt, quantum periculi creaverit Universitati, & ex eo capite, quod Duces militares dicerent, ædes civicas, olim a Professore habitas & jam vacuas, non gaudere beneficio salvæ guardiæ, incredibile est dictu. (**)

Ao. 1633. Director Consistorii provincialis fuit constitutus, & m. Junii e. a. Cancellarii partes egit in promotione Doctorali in Facult. juridica.

Ao. 1634. d. 28 Martii, cum memorabilis pique donatio Præfecturæ Eldenaviensis ab illustri Principe BOGISLAVO XIV. unanimi consensu Statuum facta, ipsa traditione abfolveretur, noster, ut Protocollum immiffionis perhibet, ut Syndicus Academia cum reliquis Collegis non tantum huic actui interfuit, sed omnem rem cum illustriff. Principis Legato & Statuum Deputatis peregit. (***)

b 3

Ao.

(*) Hic additur causa hujus diuturnioris moræ, quod Campi Magister, JOH. GEORG ARNIMB, cui non sine gravi causa hic honos itidem collatus fuerit, quique eum non superbe rejecerat, sed spatium deliberandi petierat; tandem vero, cum literis Universitatis monitus, se se excusavit.

(**) *Annal. Acad. c. l.* porro referunt sequentia: *Ejus hic relictus famulus cum incautius scripsisset literas, fundium mittendas, sed in porta interceptas, fere totam Universitatem in extremum induxisset periculum. Ædes Dn. Doctoris vi & manu militari exinde ingressi sunt milites, omnia in commissum cecidisse, clamitantes. Movit Universitas in contrarium, sed nihil promovit. Miserrima Muliercula, qua literas portarat, indignissimis modis quæstion fuit subjecta, inde diu excarnificata dimissa.*

(***) *Annal. Acad. ad h. a.* rem ita referunt: *Oratione gravi & pathetica præavit illustris Dn. Baro (scil. Volckmarus Wolfgangus, Baro Putbus-*

30 Ao. 1635. sub ejus Decanatu 6 Candidati juris distinctis vicibus pro consequendo gradu in hac Facultate summo disputarunt, Decanus autem ipse promotionem peragere morte impediebatur, quæ incidebat in diem 6 Sept. cum annum 67 ætatis impleviffet. (*) Ideo Prodecanus MATH. STEPHANI eosdem d. 17 Sept. publice in Doctores juris renunciavit. In Testamento de deservito salario disposuerat, & inter alia Bibliothecæ acad. 100 flor. & Ven. Ministerio Gryphico 1000 flor. legaverat. (**)

Merita

313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

(*) Morbi mortisque circumstantias *Annal. Acad. ad b. a.* sequentem in modum describunt: Die 27 Aug. *Dr. Dr. FRID. GERSCHOVIUS Acad. Synd. tendens ad Disputationem inauguralem, cui presidere debebat, Hemiplexia in platea laborare cœpit, a qua tamen, per Dei gratiam, ita convaleuit, ut Præsidis officio potuerit desungi. Verum die 6 Sept. quando nullum senserat morbum toto die, veniens circa quartam pomeridianam ex Templo Nicolaitano, in quo Concioni ex Epistola qua legitur Dom. XV. post Trinit. graviter attenderat, in foro iterum sensit recidivam, & postquam a Pro-Rectore, qui latus cingebat, ad ædes proprias erat comitatus, in vestibulo ædium Apoplexia pie placideque est extinctus. Cujus memoria sit in benedictione. M. GERSCHOV. in adducto scripto substituit diem 7 Sept. emortualem; JÛCHERUS autem in *Lex. Erudit.* ponit diem 27 Aug. sed impingit uterque in fidem *Annalium Academic.**

(**) Legaverat ita GERSCHOVIUS salarium deservitum, seu residuum, quod summam 1648. floren. conficiebat; Cumque Universitas a Senatu urbano certos annuos redditus ex pago Civitatenſi Hinrichshagen prope Rheinbergum aliosque ipsi competentes urgeret; Senatus, causam Ministerii agens, vi transactionis a. 1666. inter Academiam & Senatum convenit, hoc debitum in se recepit; Cum tamen mox novæ similitates ratione capitum compensandorum inter utrumque corpus orirentur, tandem Academia causam ad Dicaſterium detulit, & residuos annos redditus perit. Magistratus contra jus Ministerii urſit; novis itaque dubiis motis, lites ex litibus ortæ sunt, quibus causa protraheretur, adeo ut fere memoria ejus interciderit. Tandem a. 1722.

Merita hujus Viri speciali Oratione funebri profecutus est
 DAV. MEVIUS, quæ impressa extat. Præterea vitam ejus verum
 admodum succincte conscripsit HERM. WITTE in *Diario bio-*
graphico, ex quo sua deprompsit JÔCHERUS in *Lex. Erudit.*
 JOHANNES HEINIUS in sæpe all. *Prosopographia metrica Pro-*
fessor. Acad. Gryph. in laudes ejus sequens composuit distichon.

Informare Ducem: post publica jura docere
Cuxa fuit, laudi cedit utrumque tibi.

SCRIPTA,

quibus memoriam sui in omnem posteritatem propagavit, ex-
 tant sequentia:

I. DISPUTATIONES.

- 1 Disp. ejus inaug. de *Mora*, sub Præsidio PET. FROBOESII.
 Gryph. 1606.
- 2 - de *Pactis*. Respond. JOACHIMO VOLSCHOVIO. Gr. 1613.
- 3 - de *Donationibus*. Resp. FRID. RUNGIO. Gr. 1619.
- 4 - cui Tit. *Series juris publici*. Inaug. LAURENT. LUDE-
 NII. Gr. 1621.
- 5 - cui Tit. *Umbilicus Pandectarum. s. de Jure pignoris &*
hypothecæ. Inaug. JO. BURGMANNI. Gr. 1621.
- 6 - de *Querela inofficiosi Testamenti & legitima*. Inaug. JO-
 ACH. SCHULTZII. Gr. 1621.

7

eandem sibi in memoriam revocabat, & a. 1729. Academiam coram
 S. Tribunali conveniebat. Hæc opponebat exceptionem litis coram
 R. Dicast. pendentis, ubi Universitas primum Magistratum urbanum
 convenerat. Causa itaque huc remissa, Universitas de facta jam cum
 Senatu compensatione excipiebat, & eo Ministerium ablegandum
 esse censebat. Facta conclusione super hisce exceptionibus, acta trans-
 mittebantur ad Facultatem jurid. Tubingensem, quæ præter omnem
 cogitationem litem principalem sententia terminabat, & Aeademiam
 ad sortem una cum usuris solvendam condemnabat. Ab hoc itaque
 tempore, quo Ven. Ministerium voti sui compos fiebat, nomen GER-
 SCHOVIANUM fastis suis, aureis literis inscripsit & honore rarissimo
 illud profecutum est, ut parum abfuerit GERSCHOVIUM nostrum
 canonisaverint.

- 7 Disp. de famosissimo Prælationis inter Creditores beneficio. Inaug. RUDOLPHI HAGMEISTERI. Gr. 1622.
- 8 - cui Tit. Imperialia. s. de Imperatoris eligendi idoneitate & potestate, quam Majestatem vocamus electi eiusque juribus. Inaug. SAM. SCHÜTZII. Gr. 1622. 17 plag. in. 4.
- 9 - de Consuetudine. Inaug. GERH. FROST. Gr. 1623.
- 10 - continens *Questiones controversas ex J. Civ. Canon. & feud. decerptas*. Inaug. JOH. GETELT. Gr. 1626.
- 11 - de frequenti & difficili jure revocandi feuda sine consensu eorum, quorum interest, alienata. Inaug. FRID. RUNGII. Gr. 1626.
- 12 - de Foro Competenti. Inaug. CASP. POTZERNII. Gr. 1626.
- 13 - ex famosissima L. Contractus 23 Dig. de D. R. I. quæ quasi clavis est totius Tractatus de Contractibus & Commercialibus. Inaug. CHRIST. PAULLI. Gr. 1626. Hæc Disp. in WITTENII Diario Biograph. generali Tit. allegatur de Diversis Reg. juris antiqui.
- 14 - de Jure Patronatus ecclesiastico. Inaug. PET. REIMARI. Gr. 1626.
- 15 - de Marrimonio. Inaug. JOH. DEDEKENNI. Gr. 1626.
- 16 - de Postulante. seu Advocatis. Resp. HENR. GARMERS. Gr. 1627.
- 17 - de Procuratoribus & Defensoribus. Resp. HENR. GARMERS. Gr. 1627.
- 18 - de Legitima defensione publica & privata; ad l. 3. Dig. de Just. & jur. Inaug. CHRIST. KRAUTHOFF. Gr. 1629.
- 19 - de Commodato. Inaug. JAC. STURTZII. Gr. 1629.
- 20 - de Feudis. Inaug. DAV. RANITZ. Gr. 1629.
- 21 - de Impensis in rem alienam factis. Gr. 1629.
- 22 - de Contributionibus. Resp. DAV. MEVIO. Gr. 1631. 12 plag.
- 23 - cui Tit. Parallelus inaug. *Juris Cæsarei Lubecensis super L. III. Tit. 1. Statut. Lubec. de Mutuo & Concursu Creditorum eorumque privilegiis*. Inaug. GEORG. VOLSCHOVII. Gr. 1632. 9 plag.
- 24 - de Legitimo proprie & private autoritatis exercitio. Inaug. DAV. MEVII. Gr. 1635. 7 plag.

- 25 Disp. de *Alimentis*. Inaug. JOACH. ERICHI. Gr. 1635. 7 plag.
 26 - ad cap. *Quæ sit primaria causa benefic. amitt. 2F. 24. quod agit de Feloniis*. Inaug. JOH. SITHMANNI. Gr. 1635. 9 plag.
 27 - de *Litis Contestatione*. Inaug. HERM. QVERINI. Gr. 1635.
 28 - de *Crimine læsæ Majest.* Inaug. MART. FLATO. Gr. 1635.

Præter has recensitas Disp. HENR. WITTE in Diario suo biographico adhuc addit sequ. Disp.

- 29 Disp. de *Transactionibus*.
 30 - de *Mandatis avocatoriis*.
 31 - de *LL. Imperii Germanorum*.
 32 - de *Mutuo*.

Has tamen ego non possideo, nec etiam unquam mihi obviam venire.

II. TRACTATUS ET ORATIONES.

- 1 Tr. de *Contractibus & Commerciis*. Gryph. Cujus quasi Clavis est. Disp. ad L. 23. Dig. de D. R. I. (p. anteced. n. 13. allata.)
 2 *Oratio latina in funere Ducis* PHIL. JULII recitata in Hypetro aulæ Wolgastanæ d. 7. Maji, sequenti scil. post celebratas Ducales exequias. 1625. Gryph. e. a. 4.

III. PROGRAMMATA.

- 1 Progr. invit. ad Disp. inaug. LAUR. LUDENII, *Mathemat. Prof.* Gr. 1621. d. 12. Aug. in form. pat.
 2 - ad solennitatem Promotionis hujus Candidati in Doctorem juris. Gr. e. a. in form. pat.
 3 - ad Disp. inaug. JOH. BURGMANNI & JOACH. SCHULTZII. Gr. 1621. d. 16 Dec. in form. pat.
 4 - ad Disp. inaug. RUDOLPHI HAGMEISTERI & SAM. SCHULTZII. Gr. 1622. in ipsa Feria S. S. Trinit. in form. pat.
 5 - ad Solennitatem Promotionis Doctoralis JOH. BURGMANNI & JOACH. VOLSCHOVII, die 10. Sept. peragendam. Gryph. 1622.
 6 - ad solennia Promotionis Doctoralis JOACH. SCHULTZII, RUD. HAGMEISTERI, SAM. SCHULTZII & NICOLAI

WAS-

- WASMUNDT, die 26 Sept. peragenda. Gryph. 1622. in form. pat.
- 7 Progr. invit. ad Disp. Inaug. GERH. FORSTII. Gryph. 1626. d. 26 Jan. in form. pat.
- 8 - ad solennia doctoralia GERH. FORSTII, die 27 Martii peragenda. Gr. 1623. in form. pat.
- 9 - ad Disp. inaug. FRID. RUNGII & CASP. POTZERNII. Gr. 1626. d. 26 Mart. in form. pat.
- 10 - ad Disp. inaug. JOH. GETELT. Gryph. 1626. Dom. Exaudi. in form. pat.
- 11 - ad actum solennem Promotionis Candidatorum FRID. RUNGII, CASP. POTZERNII & JOH. GETELT, die 13 Junii suscipiendum. Gr. 1626. in form. pat.
- 12 - ad Disp. inaug. CHRIST. PAULI. Gryph. 1626. d. 22 Oct. in form. pat.
- 13 - ad conferendos CHRIST. PAULI gradus doctorales, die 16 Nov. Gr. 1626. in f. pat.
- 14 - ad audiendas Dispp. PET. REYMARI & JOH. DEDEKENNI. Gr. 1626. d. 17 Dec. in f. pat.
- 15 - ad audiendas Dispp. CHRIST. KRAUTHOFF & JACOB. STURTZ. Gr. 1628. d. 14 Junii in form. pat.
- 16 - ad conferendos Candidatis JAC. STURTZIO & DAVID. RANITZ die 8. Julii supremos in jure honores. Gr. 1629.
- 17 - ad Disp. inaug. GEORG. VOLSCHOVII. Gryph. 1632. die 2 Septembr.
- 18 - in Exequias DANIELIS RUNGII. Cujus supra sub vita hujus Jcti facta est mentio.
- 19 - in Festum Paschatos. 1618. f. pat.
- 20 - in Festum Pentecostes. e. a. f. pat.
- 21 - in Festum Michaelis. e. a. f. pat.
- 22 - in Festum Nativitatis Christi e. a. f. pat.
- 23 - in Festum Nativitatis Christi. 1628. f. pat.
- 24 - in Festum Paschatos. 1629. f. pat.
- 25 - in Festum Pentecostes. e. a. f. pat.
- 26 - in Festum Michaelis. e. a. f. pat.

- 27 Prog. invit. ad audiendam orationem auspicatoriam Dn.
JOH. EBERHARDI Med. Prof. Gryph. 1618. die 17 Apr.
in form. pat.
- 28 - ad audiendam orationem auspicatoriam ALEX. CHRIS-
TIANI, Mathemat. Prof. Gryph. 1618. die 30 August.
in form. pat.
- 29 - ad audiendam orationem auspicatoriam FRANC. JOELII.
Gr. 1629. in form. pat.

JÖCHERUS in *Lex. Erudit.* eidem quoque adscribit *Tokeologi-*
am, cujus plenus Tit. est: *Trophæum Europæum, s. To-*
keologia illustrium universalis. Gryph. 1624. in fol. Sed
erronee; Autor enim hujus scripti est JACOBUS GERSCHO-
VIUS, Prof. Poet. & Lingv.

XXV. JOHANNES BOLRODE.

J. U. D. & Profeffor.

De hoc nec vota nec vestigium aparet, vel in Annalibus nostris academicis, vel in aliis eo tempore editis scriptis, ita ut nec gentem nec Patriam ejus prodere valeam. Interim tamen eundem a. 1630. & 34. in vivis & quidem hic locorum extitisse, spartaque suam exornasse, vel inde apparet, quod duo ad ejus instantiam a Facultate Jenensi impetrata extent consilia, apud RICHTERN in *Volum. Consiliorum ejus I. num. 1. & 2.* occasione actionis ex *L. Diffamari* a Joh. von der Susen contra ipsum instituta. In quibus non tantum in specie facti præmissa, sed & in ipsa subscriptione expresso nomine appellatur Professor Gryphiswaldensis, omnesque circumstantiæ ibidem adductæ inferunt, eundem isto officio vel ordinarie vel extraordinarie functum fuisse. (*) Verum præterea tam in nostris Annalibus quam etiam scriptis exterorum Jctorum imprimis Scriptoribus Biographicis, alium de eo ubique est silentium; ut plura de eo adferre haud valeam.

(*) Casus ejusque decisio ita se se habet JOH. BOLRODE cum nobili Hasiaeo JOH. v. der SUSE litem agitabat coram Judiciò Sedinenfi, daß Fürstl. Stettinische Quartal-Gericht; Hac occasione BOLRODE
c 2 adver-

adversario suo imputavit, se appellatione interposita studuisse confundere Jurisdictiones utriusque Ducatus Wolgastani atque Sedinensis. Hanc Diffamationem ad animum sibi revocavit der. v. SUSE; verbis: Wenn denn Diffamat solche schwere und schreckliche Diffamation, die einer schändlichen injurie nicht ungleich, zu verschmieren nicht gesonnen, als imploriret er hiemit das Beneficium L. Diffamari C. de Ingeniis manumisissis. Quæ actio a Regim Hasfiaco Acad. Gryphicæ ut Judici provocati ordinario sub die 23 Jun. 1630 in subsidium juris communis cata fuit. BOLRODE coram Regimine Hasfiaco respondit & ab actione imperita absolutus fuit. Quo facto BOLRODE illum de SUSE coram Judicio Sedinensi, quo causa principalis tractabatur reconvenire intentavit; & tria sollicitavit Responsa; primum a Scabinatu Hallensi sub die 19 Jan. 1633. alterum a Facultate Jenensi sub die 6 Jul. 1634 & denique a Fac. Erfurthensi informationem petiit: Numne adversarius suus, ex ratione, quod tenor libelli sui, non provocationem ex L. Diffamari, sed potius ordinariam actionem contineret, & sic consulentem contra privilegium foundationis Academiæ nostræ Imper. Friderici in alienum forum seculare evocaverit, in pœnam hoc privilegio sancitam in eos, qui Academicum coram alio quam immediate coram Ducibus Provinciæ conveniet, inciderit. Quibus Literis adjectus est *Extractus Privilegii Cæsarei*, veri Academiæ nostræ Palladii. Et ubique locorum affirmativam sibi que favorabilem obtinuit responsionem. Ultimum decretum die 11 Dec. 1634.



Jam ad rem cujus gratia hæc præmitti fas duximus. Candidatus meus, ex sorore mea germana dilectissimus nepos, exigit a me id, quod adhuc restat officium, nempe ut vitæ ejus laudabiliter hucusque transactæ curriculum, prout ipse illud concepit, exponam:

Natus sum in hac musarum sede Gryphia anno 1729. d. 9. Julii, Patre DAVID GEORG GERDES Consiliario provinciali, Consule & Syndico Civitatis Gryphiæ; Matre MARTHA CHRISTINA BALTHASARN, filia beati JACOB BALTHASAR, Almæ hujus Antecessoris, & postea Ducis Mecklenburgici Consiliarii Regiminis & Condirectoris Cancellariæ

larix iustitia. Plures ex Majoribus adducere haud conducet, cum ubique familiis GERDESTIANÆ & BALTHASARIANÆ in scriptis variisque Programmatibus publica posita sint monumenta, quibus stipites earum a primana origine gentis sunt derivata.

Parentum charissimorum præcipua cura fuit ut a tenerioris ætatis annis, pietatis ac virtutum mihi instillarent principia. Inter privatos ergo parietes, primum usus sum informatione Dn. G. G. OTTO præceptoris fidelissimi, nunc Ecclesiæ Nieparsensis Pastoris dignissimi. Placuit autem supremo Numini patrem charissimum anno 1738. ætatis meæ octavo, morte mihi prohdolor, eripere; quo facto MATER charissima, jam vidua mœstissima, curæ suæ indefessæ me sibi commendatum habebat; donec exeunte a. 1739. Dn. ABRAHAM DROYSEN, S. R. Majestatis Sueciæ Consiliarius Aulicus, & Domaniorum Procurator, cum matre mea dilectissima suavissimum iniebat conjugium; idquod ad seros usque annos, conjugiorum Stator & Moderator Deus, vigere jubeat. Ab hoc igitur tempore iterum paterna fruebar educatione, quo dirigente, vocato Dn. OTTO ad Pastorum Nieparsensem, Dn. V. SANTEN, nunc Philosophiæ Magister & Ecclesiæ Cræslinensis Pastor fidelissimus, mihi Præceptor constituebatur domesticus. Interim quoque PARENS æstumatissimus ipse in profectus studiorum inquirebat, eosdemque augendi suavissimis quotidianis colloquiis præbebat ansam. Præptore modo nominato ad sacrum officium vocato, privata informationi Dn. LASIUS Philosophiæ Magistri, & jam Scholæ Senatoriæ Rectoris, non tam de Schola, quam universa Republ. literaria, quotidie bene merentis, demandabar; Qui industria fidelissima, non solum sacrosanctæ religionis præ-

cepta ulterius inculcavit, sed & puritati latinæ linguæ me assuefaciendo operam navavit. Imprimis, eo manuducente, *Philosophiam* tam theoreticam quam practicam, didici & institutis exercitiis disputatoriis eandem eo familiariorum mihi reddidi.

His fere peractis a. 1745. d. 28 Maji sub Reſtoratu AVUNCULI maximopere colendi, diſſertationis inauguralis PRÆSIDIS fulgidiffimi, primus albo ſtudioſorum inſcribebar. Frequentatis prælectionibus *Mathematicis & Phyiſicis* Dn. ANDRÆ MAYERI Almæ hujus Prof. P. Excellentiffimi, totum me dicavi Jurisprudentiæ ſtudio. Inprimis hic iterum nominandus AVUNCULUS Generoſiffimus, jam Decanus & Brabeuta ſpectatiſſimus, cujus induſtria indefeſſa, in me inſtituendo erudiendoque tam in præceptis *J. Civilis* quam *Feudalis, Eccleſiaſtici* uti & *Jurisprudentiæ practicæ*, nec non *Juris patrii*, docendo pariter ac examinando & diſputatoriis crebris exercitiis vires meas inquirendo impenſa, non ſat dignis a me condecorari poteſt encomiis. Præterea audivi almæ noſtræ Syndici & Facultatis Juridicæ Adjuncti celeberrimi. Dn. J. B. ENGELBRECHT, prælectiones *Digeſtorum, Juris Criminalis & Publici*. Non una vice inſuper publice diſputando profectus ſtudioſorum exercendi anſa mihi data; exceptis enim opponentium officiis, ſemel contra Diſſertationem Philoſophicam & Theologicam, ſæpius vero contra diſſertationes juridicas, demandatis ſuſceptisque; ipſe ſub Præſidio, AVUNCULI omni reverentiæ cultu proſequendi non ſolum, diſſertationem de *pænæ capitalis executione perfectâ non iteranda*, ſed & anno elapſo aliam de *jure reinfeudationis & Reſſormationis feudi aperti*, habui.

Hicce feliciter peractis, una cum amicis & commilitonibus quibusdam anno elapso, ad Academiam *Gættin-
gensis* proficiscebar. Frequentatis ibidem Dn. AYRER Jcti consummatissimi, discursu in *Historiam Juris Universalem*, & Dn. SEIF Professoris ejus Academix Extraordinarii celeberrimi, collegio *juris germanici hodierni*, plerisque in Georgia Augusta Docentibus salutatis, visitatisque regione *Hercinia*, Civitatibus, *Hannover, Zelle, Brunswiga, Guelpherbito, Lüneburgo, Hamburgo, Lubeca, Wismaria, & Rostochio*, ibidemque visu dignis, sospes factusque, quæ Deo sit gratia, in patriam redux factus fui.

Superatis ergo feliciter vicissitudinibus hisce, jam nil magis proficuum duxi, quam semel propositum ad finem perducere. Decano igitur, Viro Generosissimo Dn. AUGUSTINO de BALTHASAR Avunculo summopere colendo, primus h. a. 1751. nomen Facultati Juridicæ Amplissimæ literis consuetis proffessus sum, pro obtinendis Summis In Utroque Jure Honoribus. Peracti examinis quod dicunt rigo-
rosum, super variis juris objectis, oblatis approbatisque commentationibus ad certos textus utriusque jur. fortuito ut moris est inventos, nempe *l. 14 Cod. L. 8. T. 54. de Donat. & c. 7. Decret. L. I. T. 29. de offic. & potest. jud. deleg.*, impetrabam testimonium. Hoc Sacræ Regiæ Majestatis Suevicæ summo Tribunali Wis-
mariensi cum petito humillimo oblato, absque ulteriori examine, at præstito homagio & juramento consueto, Matricula Advocati ord. S. R. Tribunal. Wismar. clementissime mihi concedebatur. Interea Facultati Juridicæ Amplissimæ, Dissertationem obtuli inauguralem, *de Juribus Viduarum Nobilium in feudis Pomeraniæ citerioris*, jam, recitatis lectionibus cursoriis ad *l. 12. Cod. L. 5. T. 16. de Donation. inter. Vir. & Uxor.*
publice

publice a me propugnandam. Supremum Numen respondeat optatis.

Sudorem ante virtutem esse positum hoc ipsum vitæ curriculum Dni Cand. satis comprobat. Quis Athletam laudabit, qui ante sudorem coronam postulat. Dn. Candidatus non sola majorum gloria excitatus, potius proprio ardore animi incensus ad eas laudes quas a patribus accepit, secundum effatum CICERONIS sub ingressum adductum, addidit aliquam suam eoque in virtutum studio progressus est, ut mox tropæum reportaturus sit. Dicitur enim est Conflictui litterario futurus dies 2 *M. Augusti*, quo superato, Summi Honores In Utroque Jure ut præmium laboris, eidem conferendi sunt.

Applaudite omnes qui Candidato meo favetis; Favorem vestrum ex frequenti præsentia colligam; Inprimis ut actum hunc disputatorium sua præsentia condecorare velint: MAGNIFICUS DOMINUS RECTOR, *illustris R. Dicastrii Director, & utriusque Collegii splendida nomina, nec non Civitatis hujus Ampliss. Senatus, & Sacri ordinis Antistites, universaque Studiosorum lectissima corona*, opto omnique studio contendo.

P. P.

SUB SIGILLO FACULTATIS JURIDICÆ.

DIE XXII. JULII MDCCLI.




33. Matthaeus, pragae. cum Imperator Rudolpho quondam Episcopi.
34. Matthaeus, pragae. cum Imperator Rudolpho quondam Episcopi.
35. Truber, de excussione Sinistrarum, cum Imperator Rudolpho quondam Episcopi.
36. Truber, de clausula codicillari.
37. Tresenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.
38. Trues, de superstitionis conditoribus et propagatoribus.
39. Trues, logomachia in juris naturae doctrina.
40. Trues, de decore gentium circa belli initia.
41. Trues, de auctoritate et fide gentium et reipublicae.
Hanc Eruditus Rudolphus quondam Episcopi.
42. Tribbeckhonus de commerciis.
43. ——— ——— ——— ———
44. Toler, de iure stipulae civitatis Francofurtanae ad Viadrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.
46. Troppanneger, de potestate electorum et principum imperii circa ius nobilitatis subditis suis conferendis.
47. Troppanneger, de dote non promissa praestanda.
48. Troppanneger, de momento temporis.
49. Melis, an fideicommissarius succesor rerum fidei commissariae dominus sit, proptereaque non ex venditione aut permutatione rei fidei commissae acquiritam licet fuerit, a possessore inter medio gravato, postmodum alienata nihilominus tanquam rem fidei commissae subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

50. Helis, ^{jure} de separatione in concursu Creditorum et utrum
hac jure in Salsatia superiori etiam post quinquennium locum
habeat.
51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem de-
trahere et quid ad voluntatem parentum maxime nuncupati-
onem probandam requiratur?
52. Helis, si quis nomen ipsum sub condit. evictoris accipiat, an
et qualem actionem habeat accipiens, adnegas eundem periculo exis-
te: etc.
53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obliga-
re queat? et quid hac in re cum primis in Salsatia superiori sit
jurus?
54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta, in hono-
rum recuperatione defendi, casus ipsi competere queat?
55. Helis, an foris cum tertio contractus beneficium divisionis
gaudeant?
56. Hoffmann. de origine, progressu et natura juris prudentiae
criminalis germanicae.
57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex juris germanici
principiis explicata.
58. Hoffmann de coemeteriis ex urbibus tollendis, non vbiq. Salsatia
in Gottelradus nial dau Hütten.
59. Hoffmann. de communiōis bonorum conjugum non nati-
ra atque principiis.
60. Hoffmann, de jure separandi allodium a fundo
61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.
62. Hoffmann, de jure consuetudinis.
63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, non vbiq. Salsatia
in vbiq. Salsatia.

64, Hoffmann, nuptiarum secundarum tempora . in calypso
Znit nona qua madama C^{te} P^{ro}nitau C^{te}ma
65. Hoffmann, observationes quaedam testamentariae.





TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum:
ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce-
tis bonis, æstimatione facta, cum dotibus com-
omnis pecuniæ ratio conjunctim habetur, fru-
ter eorum vita superarit, ad eum pars utrius-
uperiorum temporum pervenit. Si hæc testi-
ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua
enta aut latebant, aut negligebantur, mi-
quod non vel ex sola nativa & domestica
um jurium, quæ in nuptiis observantur,
nt, morum illorum rationes non ex san-
rum, sed patriis consuetudinibus esse pe-
ebant tot germanica nomina & verba, quæ
niam pervenisse, aliquem somniare pos-
debatur. Huc referenda MORGEN-
ALITIUM, DONARIUM, GE-
eist aliaque quæ vel ex ipso sono originis
facile deprehendi potuissent, nisi illo tem-
i artificio fuisset habitum, Germanorum
ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge-
ficiem perdere. Hæc in præsentem mate-
nstrari possent, si liberum esset ad specia-
& in diversam DOTIS GERMANI-
ONUMQUE CONJUGALIIUM
nirere. Id vero nostrum jam non pati-
rspicientibus, quam vastus & difficilis hic
nem paucis & angustis dissertationis aca-
bsolvere, non permittitur. Placuit in alla-
is acquiescere, & de eo tantum, quod
identia DONATIONEM PRO-
TIAS appellare solet, paucis dixisse.

F I N I S.

CON.